Cardinalitia Quaestio agit.da In Schol. Medic.rum die Jovis 11a Martii

13 In comm.

M. Guillelmo Robineau moderatore.

An Arthritidis gentilitiae et venereae eadem curatio? 188

Articularis morbus ex intervallis saepe invadens, iniquus et contumax, cum humorum fluxio fiat, non modo articulorum cavitates et vincula subeunt, sed etiam superiectas membranas, nervos, et tendines occupant: ex dolorum loco (in quibus dolores sedent) contumelia nomen sortitur, florentibus, aetate, senibus, hyeme: et ipsis magis quam mulieribus familiaris, curatu tamen facilior, saepius frequentius, sed brevius grassatur morborum differentias omnes in se complectitur, et plures causas agnoscit, potiores tamen ab articulorum imbecillitate, et humore superfluo, succorum crudorum periculosam redundantiam ex alimentorum noxiorum usu, ebrietate, vini meracioris potu, otio nimio, solemnibus ~~et~~ familiaribus evacuationibus impeditis, intempestiva venere, nimia exercitatione et improbo labore congenitam cum illa partium imbecillitate a parentibus contracta.

Huius doloris idea ex omnigenis catharri fomite varia, mala fraudulento motu, partis obnoxiae sensu exacto, situ declivi, cutis astrictione cognoscitur. qui nobilius partis perturbata oeconomia in solidarum perniciem proruit, et domesticis confusos [illegible] a cerebro et [illegible] deturbat non tam per venarum in nervos refundentium decubitum, et vasorum perpetuam [illegible], ~~[illegible]~~ [illegible] per musculos, et tenuissimas tunicarum fibras, unde et flatus [illegible] spasmi concentum.

Cum autem fluxiones proveniant ut plurimum, ex molesto humoris in partem inferiorem lapsu, virulenta qualitate, viarum amplitudine, mittentium robore, et recipientium ~~imbecillitate~~ infirmitate, proturbanturque; aliquando impedita natura, nonnumquam vi morbi, ne aliqua ignoratio morbus curatu difficilis gravius negotium facessat, fluxionum vias, cum mala articulos invadunt, ex tumoris et humoris varia specie, si non oculis, vel sensu saltem anatomica ratio deprehendat; debet natura ministra medicus, quo tutius, iucundius, et citius vel congestum et impactum humorem resolvat, vel ~~[illegible]~~ fluxu incipientem in summam arthriticorum consolationem alio deducat.

Atenim congestio molesta quidem, non tam copia quam qualitate et mora a cruditate semper [illegible], et partis alimentum corrumpente, tumores, stupores, nonnumquam febres inducit, quas si hereditariae labi, venereis exercitationibus, et Mercurii frictionibus admixta fuerit, tantam contumaciam habebit, ut vix [illegible], numquam penitus auferri, vel difficulter possit, ideo multis in hydropem, aliis in asthma sine ulla sanitatis expectatione degenerat.

Quoniam autem contagio et hereditaria et venerea vitas licentia exasperantur, impura [illegible] latens ad solidas partes transmittam inexplicabili virus ad impetiginem, et elephantiasim toti corpori [illegible], ne in medicorum opprobrium morbus [illegible] tristem relinquat opinionem, iisdem remediis, et alexiteriis (vehementioribus tamen ubi maior adsit malignitas) cum morbo obstandum: cognito fonte roborandus intermissione [illegible] venerearum, et crapulae, cassia, syrupo rosarum pallidarum, diacarthamo, aloe, electuario de succo rosarum, catapotiis ex hermodactylis aliisque, pluribus pro ratione affectus, tum repellendo, tum diluendo evacuandum, oleis chamaemeli, lumbricorum, vulpino, et cataplasmate e farinis, pulveribus, et herbarum decoctis mitigandum humoris temperatio, et habitus restitutio, fluxioni resistendum, quod fluxit dissipandum, ad venas sectionem recurrendum, copiis cum prudentia, grato delectu, nec non compendioso extendendum.

Ergo Arthritidis gentilitiae, et venereae eadem curatio.

Defendebat Lutetiae M. Franciscus Poirot Lotharingus Nanceyanus. A. M.D.LXXXIIII.